Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sed de blasphemia: quia tu homo cum sis facis te
ipsum deum. Rndit eis ihc: Nonne scptm est in lege mea: qm
ego dixi dii estis: Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus
est. Et non potest solum scptura quem pat sanctificavit et mi-
sit in mundum: vos dicitis quia blasphemas quia dixi
filius dei sum: Si non facio opa patris mei: nolite credere
mihi. Si autem facio. Et si mihi non vultis credere: opibus
credite: ut cognoscatis et credatis: quia in me est pater
et ego in patre. Feria v. Lectio Daniel ppheta.

In diebus illis: Oravit daniel dnm dicens. Dne
deus meus ne despicias plebem tuam propter nomen tuum:
et ne dissipes testamentum tuum neque auferas misericordiam tuam
a nobis propter abraham dilecti tui. Et ysaac servi tui
et israel sancti tui quibus locutus es pollicens quod multi-
plicares semen eorum sicut stellas celi. Et sicut arenam
que est in littore maris. quia dne facti sumus minores omni
bus gentes. sumusque humiles in universa terra hodie
propter peccata nra: Et non est in tempore hoc princeps et ppheta
et dux: neque holocaustum: neque sacrificium: neque oblatio:
neque incensum: neque locus primicarum coram te: ut pos-
simus invenire miam. Sed in anima contrita et spiritu
humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arie-
tum et taurorum: et sicut in milibus agnorum pinguium:
sic fiat sacrificium nrm in conspectu tuo hodie ut pla-
ceat tibi: quia non est confusio confidentibus te. Et nunc
sequimur te toto corde: et timemus te: et querimus faciem
tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum secundum mi-
sericordiam tuam et secundum multitudinem misericordie tue. Libera
nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo dne: et con-